


Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

4. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

DOI: 10.34663/9783945561102-24



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile*

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence.
<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

Primi tractatus

magnes sufficiat sibi suppositum ferrum alterare vbi multa de virtute motu magnetis subtiliter et calculatoz inquirit. Non tamen preterea da censeo duo correlaria que thomas brauardius in hac materia per pulchre infert. **i. correl.** Quorum primum est q̄ si sortes habeat in manu magnetes que sufficiat alterare ferrum unus liberet et eleveretur illud ferrum ad magnetem et coniungatur ei: ita q̄ nō magnes q̄ ferrū penderat a manu sortis: non plus ponderat magnes q̄ magnes et ferrum simul nec econtra. Huius ratio est quoniam magnes non attrahit ferrū sed ferrū alteratum suapte natura magnetem expedit. **ii. correl.** Secundum correlaria q̄ si in aliqua equilibria sine statera ex uno latere ponatur scutum: et ex alio ponatur pondus scuti factum ex magnetere: et simul cum pondere ponatur aliquod ferrum quod magnes ille sufficit alterare non plus ponderabit ferrum et pondus scuti q̄ pondus scuti precise. Luius ratio est quoniam statera non sustinet ferrū sed magnes. Ita tamen correlaria vulgo afferunt admirationem.

Quartum capitulum in quo ponuntur septē regule de proportionatione motus quas ponit philosophus septimo phisicorum quas etiam in presentia capitite examinandas duxi.

Quoniam philosophi regulas de comparabilitate motuum facile dānāt: ideo nō inconcinue hoc in loco eas examinare decreuimus.

Prima regula si aliqua virtus sine aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore: eadem potentia mouebit medietatem illius mobilis per duplū spaciū in eodem tempore.

Secunda regula si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore eadem virtus mouebit medietatem illius mobilis per idem spaciū in subdupo tempore. **Ex quibus regulis infertur talis regula.** Si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore: dupla virtus mouebit idem mobile per duplū spaciū in eodem tempore.

Tertia regula si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore: eadem potentia mouebit idem mobile per medietatem illius spaciū in subdupo tempore.

Quarta regula si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore: medietas talis potentie mouebit medietatem mobilis per idem spaciū in eodem tempore.

Quinta regula si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore: non est necesse eandem potentiam mouere duplū mobile per idem spaciū in duplo tempore.

Sexta regula si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore: non est necesse medietatem talis virtutis mouere idem mobile in duplo tempore.

Capitulum quartum

57

Septima regule si aliqua potentia moueat aliqua mobilia per aliquod spaciū in aliquo tempore duisimē et eadem potentia coniuncta per idem spaciū in aliquo eodem tempore. **Sed p clari-**

or intelligentia harum regularum. **Contra primā arguitur si b. moueat resistentiam ut quatuor medietas talis resistente non mouebitur a talī virtute per duplū spaciū in eodem tempore: igitur. **B**ns probatur quoniam virtus ut ferme mouebit resistentiam et duo magis q̄ i duplo velocius igitur non mouebit in eodem tempore per duplū spaciū adequate. **P**robatur antecedens qm̄ pportio. ad duo que est tripla excedit pportionē sexualiterā que est. q̄ ad. 4. plusq̄ in duplo igitur velocitas ab ea pueniens est maior q̄ dupla respectu velocitatis puenientis a pportione sexualiterā. **M**ater cōsequētia ex opinione qua tā sustentamus. **Sed antecedens pbatur quia pportio tripla adequate ex proportione dupla et pportione sexualiterā cōponitur ut p̄t̄ ex quartō capite secūdū partis et ille due sunt inaequales ut p̄t̄ ex eodē quarto capite ergo ad minorē illarū que est sexualiterā ipsa pportio tripla est maior q̄ dupla patet hec consequētia ex sexta suppositione quarti capitū secunde partis. **Dices forte q̄ argumentū nō concludit contra regulam.** Dicitur quoniam in regula non ponitūr q̄ p̄cise illa potētia mouebit medietatem in duplo velocius: sed dicit q̄ mouebit in duplo veloci. **Sed hoc nichil est dicere** quoniam eodem modo dixit in sexualiterā velocius vel in sexualiterā. Et ideo non satisficit. Item nec sic intellecta regula est vera quoniam virtus vt. i. 7. mouet resistentiam ut quatuor aliqua velocitate eadē potentia non poterit medietatem resistentie que est ut duo dupla velocitate immo mouebit minus q̄ dupla velocitate igitur regula sic intellecta falsa. **P**robatur antecedens quoniam virtus vt. i. 7. mouet resistentiam ut quatuor a proportione tripla et resistentiam ut duo a pportione sextupla modo pportio septupla ē minor q̄ dupla respectu triple igitur non mouet in duplo velocius. **M**ater consequētia ex opinione et arguitur antecedens quoniam sextupla cōponitur ex tripla et dupla adequate ut patet ex quarto capite p̄allegato et tripla est maior dupla: ut patet ex eodem capite igitur ipsa sextupla est minor q̄ dupla respectu triple patet consequētia ex sexta suppositione eiusdem capitū.****

Sed contra illam regulam quam intuli ex duabus primis arguitur sic. Aliqua potentia mouet aliquam resistentiam aliquanta velocitate: et tamen ipsa duplicata non mouet in duplo velocius eandem resistentiam: igitur regula falsa. **P**robatur antecedens et volo q̄ aliqua potentia moueat resistentiam a proportione sexualiterā qualis est. q̄ ad. 4. aliquanta velocitate. quod posito ipsa potentia duplata que erit vt. i. 7. mouebit resistentiam ut. 4. plusq̄ in duplo velocius. igitur assumptum verum. **P**robatur antecedens quoniam. i. 7. ad. 4. est pportio tripla modo tripla maior q̄ dupla est ad sexualiterā ut probatus est in primo argumento igitur velocitas ab ea pueniens maior q̄ dupla est ad proportionem sexualiterā.

Tertio arguitur contra quintam re- gulam quoniam si potentia ut octo moueat resisen-

magnes sufficiat sibi suppositum ferrum alterare, ubi multa de virtute motiva magnetis subtiliter et calculatorie inquirit. Non tamen praetereunda censeo duo correlaria, quae Thomas Bravardinus in hac materia per pulchre infert. ¶ Quorum primum est, quod si Socrates habeat in manu magnetem, qu[i] sufficiat alterare ferrum unius librae, et elevetur illud ferrum ad magnetem et coniungatur ei, ita quod tam magnes quam ferrum pendeat a manu Socratis, non plus ponderat magnes quam magnes et ferrum simul nec econtra. Huius ratio est, quoniam magnes non attrahit ferrum, sed ferrum alteratum suapte natura magnetem expedit. ¶ Secundum correlarium, quod si in aliqua aequilibra sive statera ex uno latere ponatur scutum, et ex alio ponatur pondus scuti factum ex magente, et simul cum pondere ponatur aliquod ferrum, quod magnes ille sufficit alterare, non plus ponderabit ferrum et pondus scuti quam pondus scuti praecise. Cuius ratio est, quoniam statera non sustinet ferrum, sed magnes. Ista tamen correlaria vulgo afferunt admirationem.

4. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Quartum capitulum, in quo ponuntur septem regulae de proportionalitate motus, quas ponit philosophus septimo physicorum, quas etiam in praesenti capite examinandas duxi

Quoniam philosophi regulas de comparabilitate motuum facile damnant, ideo non incon[t]inue hoc in loco eas examinare decrevimus:

Prima regula: si aliqua virtus sive aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, eadem potentia movebit medietatem illius mobilis per duplum spatum in eodem tempore.

Secunda regula: si aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, eadem virtus movebit medietatem illius mobilis per idem spatum in subdupo tempore. ¶ Ex quibus regulis infertur talis regula: si aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, dupla virtus movebit idem mobile per duplum spatum in eodem tempore.

Tertia regula: si aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, eadem potentia movebit idem mobile per medietatem illius spatii in subdupo tempore.

Quarta regula: si aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, med[i]etas talis potentiae movebit medietatem mobilis per idem spatum in eodem tempore.

Quinta regula: si aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, non est necesse eandem potentiam movere duplum mobile per idem spatum in duplo tempore.

Sexta regula: si aliqua potentia moveat aliquod mobile per aliquod spatum in aliquo tempore, non est necesse medietatem talis virtutis movere idem mobile in duplo tempore. |

Septima regul[a]: si aliqua[e] potentiae moveant aliqua mobilia per aliquod spatum in aliquo tempore divisim, et eaedem

potentiae coniunctim movebunt illa mobilia coniuncta per idem spatum in aliquo eodem tempore. ¶ Sed pro clariori intelligentia harum regularum.

Contra primam arguitur: si B moveat resistantiam ut quatuor, medietas talis resistantiae non movebitur a tali virtute per duplum spatum in eodem tempore, igitur. Antecedens probatur, quoniam virtus ut sex movebit resistantiam ut duo magis quam in duplo velocius, igitur non movebit in eodem tempore per duplum spatum adaequate. Probatur antecedens, quam proportio 6 ad duo, quae est tripla, excedit proportionem sexquialteram, quae est 6 ad 4, plusquam in duplo, igitur velocitas ab ea proveniens est maior quam dupla respectu velocitatis provenientis a proportione sexquialtera. Patet consequentia ex opinione quarta, quam sustentamus. Sed antecedens probatur, quia proportio tripla adaequate ex proportione dupla et proportione sexquialtera componitur, ut patet ex quarto capite secundae partis, et illae duas sunt inaequales, ut patet ex eodem quarto capite, ergo ad minorem illarum, quae est sexquialtera, ipsa proportio tripla est maior quam dupla, patet haec consequentia ex sexta suppositione quarti capituli secundae partis. ¶ Dices forte, quod argumentum non concludit contra regulam, quoniam in regula non ponitur, quod praecise illa potentia movebit medietatem in duplo velocius, sed dicit, quod movebit in duplo velocius. Sed hoc nihil est dicere, quoniam eodem modo dixisset in sesquialtero velocius vel in sesquitercio. Et ideo non sat[s]is[fa]cit. Item nec sic intellecta regula est vera, quoniam si virtus ut 12 moveat resistantiam ut quatuor aliqua velocitate, eadem potentia non poterit medietatem resistantiae, quae est ut duo, dupla velocitate, immo movebit minus quam dupla velocitate, igitur regula sic intellecta falsa. Probatur antecedens, quoniam virtus ut 12 movet resistantiam ut quatuor a proportione tripla et resistantiam ut duo a prop[or]tione sextupla modo, proportio sextupla est minor quam dupla respectu triplae, igitur non movet in duplo velocius. Patet consequentia ex opinione, et arguitur antecedens, quoniam sextupla componitur ex tripla et dupla adaequata, ut patet ex quarto capite praetulso, et tripla est maior dupla, ut patet ex eodem capite, igitur ipsa sextupla est minor quam dupla respectu triplae. Patet consequentia ex sexta suppositione eiusdem capituli.

Sed contra illam regulam, quam intuli ex duabus primis, arguitur sic: aliqua potentia movet aliquam resistantiam aliquanta velocitate, et tamen ipsa duplicata non movet in duplo velocius eandem resistantiam, igitur regula falsa. Probatur antecedens, et volo, quod aliqua potentia moveat resistantiam a proportione sexquialtera, qualis est 6 ad 4, aliquanta velocitate. Quo posito ipsa potentia duplata, quae erit ut 12, movebit resistantiam ut 4 plusquam in duplo velocius. Igitur assumptum verum. Probatur antecedens, quoniam 12 ad 4 est proportio tripla modo, tripla maior quam dupla est ad sexquialteram, ut probatum est in primo argomento, igitur velocitas ab ea proveniens maior quam dupla est ad proportionem sexquialteram.

Tertio arguitur contra quintam regulam, quoniam si potentia ut octo moveat resistantiam

58

Primi tractatus

tiam vt. t. aliquanta velocitate necesse est eandem potentiam vt octo natam esse mouere duplam resistentias in subdupla velocitate. et potentia vt. 8 est aliqua potentia: et resistentia vt duo aliqua resistentia: igitur. Si aliqua potentia moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore aliquam velocitatem: ea dem mouebit duplam resistentiam in subdupla velocitate quod est oppositum reguli. Quod atet hec consequentia ab inferiori ad suum superius.

Quarto contra septimum arguitur
sic quoniam si potentia vt sex moueat resistentias vt quatuor: et potentia vt. 8. moueat resistentiam etiam ut 4. diuisum ille potentie coniuncte non mouebit eadem potentias coniunctas in duplo velocius. igitur regula falsa. probatur antecedens quoniam proportio resultans ex illis duabus potentiis simul sumptis et duabus resistentias eriam simili sumptus est proportio. i.e. ad. 8. que est minor dupla. estenam proportio supertripartita quartas. Modo illa est minor dupla vt piz ex tertia suppositio super allegani quarti capituli qd sequitur qd non equa velociter manebat talis proportio fluctuante mouebat dupla que est. 8. ad. 4.

Ad ista respondetur p ordine ad pri-
ma duo argumenta responderunt paulus venetus et bruardinus qd ille regule philosophi intelligunt precise de proportione dupla: modo instantie fuerunt adducere in alia specie proportionis. ¶ Ad tertium respondeo qd non est ad proportionem materiae non valet enim consequentia ab inferiori ad suum superius cum dictione illativa. Adduxi tamen illud argumentum qm semper tenet in proportione quadruplica. ¶ Ad quartum respondeo qd regula philosophi septima intelligitur dummodo ille proportiones sint eaeles. Que aut sunt eaeles par ex tertia suppositione quarti capituli secunde partis. Sed quia ex solutione qui dat bruardinus ad primi argumenti sequitur philosophum posuisse regulas satis insufficienes: que p se in una specie proportionis tenerent. Ideo dico aliter qd philosophus caput potentiarum pro proportione maioris inequalitatem. Et isto modo capiendo regule habet veritatem in omni genere proportionum. Et argumentum nichil concludit qd oportet quando duplatur potentia duplare proportionem: et non curare de potentia: ita qd si sensus prime regule si aliqua potentia moueat aliquam resistentiam per aliquod spacum in aliquo tempore t.c. eadem mouebit subduplam resistentiam t.c. id est si aliqua virtus moueat aliquam resistentiam ab aliqua proportione eadem virtus mouebit resistentiam ad quam habet proportionem duplas ad aliam proportionem. ad quam habet proportionem duplicata in duplo velocius. Et sensus huius regule est si aliqua potentia moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore t.c. dupla virtus mouebit eandem resistentiam in duplo velocius: hoc est si aliqua virtus moueat aliquam resistentiam ab aliqua proportione: dupla proportio mouebit in duplo velocius. Et sic intelliguntur aliae regule.

Quo in-
telligunt
regule
phi.

i. correl.

z. correl.

¶ Ex quo sequitur qd si virtus habens ad aliquam resistentiam in proportione irrationali diametri ad costam moueat aliquam velociter: proportio dupla ad eandem resistentiam mouebit in duplo velocius. ¶ Secundo igitur qd non oportet querere in quilibet proportione proportionem rationalem i. duplo tardius mouentem eam resistentiam: sed fas sit est qd vetus proportionalis vel irrationalis

Capitulum quintum

lis. et hec de regulis philosophi.

¶ Capitulum quintum in quo ponuntur regule sive conclusiones velocitatibus tardatis motus penes proportionem pro portionum conformiter ad intentionem calculatores.

H Dinducendas seriatim materiali more conclusiones vocetes velocitatem et tarditatem motus penes causam iuxta opinionem quartam sit.

Prima suppositio ab equalibus proportionibus eaeles velocitates prouenient: ab inequalibus inaequales. et a rationalibus rationes lessent: ab incomparabilibus incomparabiles. Probatur hec suppositio ex opinione que ponit velocitatem sequi proportionem proportionem.

Seconda suppositio ab equalibus proportionibus que sunt partes aliarum proportionum sive equalium sive inequalium eaeles velocitates prouenient. Declaro hanc suppositionem et capio proportionem triplam et duplam: et manifestum est: qd utrvisq; proportio sequialtera est pars. dico tunc qd quartam velocitatem producit sequialtera que est pars triple. Probatur ex priori suppositione quia sequialtera que est pars duplex est sequialtera que est pars triple sunt eaeles proportiones.

Tertia suppositio p additione equalium proportionum super proportiones eaeles vel inaequales: velocitates equaliter intenduntur. Declaro hoc in terminis et capio proportionem duplam et quadruplicam et volo qd utrvisq; addatur proportio sequialtera: qua addita dico qd equaliter intendunt proportiones ille sive ille potentia motu suum intendunt et tantam velocitatem acquirit proportio maior sicut et minor supra velocitatem habitam ante additionem proportionis sexu altera. Probatur hec suppositio ex secunda quia ilia proportio sequialtera efficitur pars duas proportionum inequalium i. t. cum utrvisq; equali velocitatem producet.

Quarta suppositio p decrementu duarum proportionum equalium que sunt partes duas proportionum sive equalium sive inequalium: eaeles velocitates perduntur. ¶ Declaro hec suppositio et capio proportionem duplam et triplicam et volo qd utrvisq; deperdat proportionem sequialteram tunc dico qd si proportio dupla perdit duos gradus velocitatis etiam duos adequate perdit proportio tripla. Probatur hec suppositio ex priori quoniam ille due proportiones deperdunt cuncte eaeles: equali velocitatem producebant: igitur per decrementum illarum eaeles velocitates perduntur quia perduntur ipsam quas ipse producebant.

Quinta suppositio p additione equalis quantitatis maioris et minori quantitati maior proportionis acquiritur minori quantitati qd maior. ¶ Hec est octava suppositio quarti capituli secunde partis.

Sexta suppositio qd velocitis intendere motum: est in equali tempore eaeles gressus adequate acquirere: et eaeque proportionabiliter intendere est in equali tempore eaeles proportiones acquirere. Et similiter dicendum est p eaeque velociter remittere et eaeque proportionabiliter et si nu-

ut 2 aliquanta velocitate, necesse est eandem potentiam ut octo natam esse moveare duplam resistantiam in subdupla velocitate, et potentia ut 8 est aliqua potentia, et resistantia ut duo aliqua resistantia, igitur. Si aliqua potentia moveat aliquam resistantiam in aliquo tempore aliquanta velocitate, eadem movebit duplam resistantiam in subdupla velocitate, quod est oppositum regulae. Patet haec consequentia ab inferiori ad suum superius.

Quarto contra septimam arguitur sic, quoniam si potentia ut sex moveat resistantiam ut quatuor, et potentia ut 8 moveat resistantiam etiam ut 4 divisim, illae potentiae coniunctae non movebunt easdem potentias coniunctas in duplo velocius. Igitur regula falsa. Probatur antecedens, quoniam proportio resultans ex illis duabus potentias simul sumptis et duabus resistantiis etiam simul sumptis est proportio 14 ad 8, quae est minor dupla, est enim proportio supertripartiens quartas. Modo illa est minor dupla, ut patet ex tertia suppositione superius allegati quarti capitinis, ergo sequitur, quod non aequa velociter manebit talis proportio sicut antea movebat dupla, quae est 8 ad 4.

Ad ista respondetur per ordinem, ad prima duo argumenta respondet Paulus Venetus, et [respondet] Bravardinus, quod illae regulae philosophi intelliguntur praecise de proportione dupla, modo instantiae fuerunt adductae in alia specie proportionis. ¶ Ad tertium respondeo, quod non est ad propositum materiae, non valet enim consequentia ab inferiori ad suum superius cum dictione illativa. Adduxi tamen illud argumentum, quam semper tenet in proportione quadruplicata. ¶ Ad quartum respondeo, quod regula philosophi septima intelligitur, dummodo illae proportiones sint aequales. Quae autem sunt aequales, patet ex tertia suppositione quarti capitinis secundae partis. Sed quia ex solutione, quam dat Bravardinus ad primum argumentum, sequitur philosophum posuisse regulas satis insufficienes, quae praecise in una specie proportionis tenerent. Ideo dico alter, quod philosophus capit potentiam pro proportione maioris inaequalitatis. Et isto modo capiendo regulae habent veritatem in omni genere proportionum. Et argumentum nihil concludit, quam oportet, quando duplatur potentia, duplare proportionem et non curare de potentia, ita quod sit sensus primae regulae: si aliqua potentia moveat aliquam resistantiam per aliquod spatium in aliquo tempore et cetera, eadem movebit subduplam resistantiam et cetera. Id est: si aliqua virtus moveat aliquam resistantiam ab aliqua proportione eadem virtus movebit resistantiam, ad quam habet proportionem duplam ad aliam proportionem [...], ad quam habet proportionem duplicatam in duplo velocius. Et sensus huius regulae est: si aliqua potentia moveat aliquam resistantiam in aliquo tempore et cetera, dupla virtus movebit eandem resistantiam in duplo velocius. Hoc est: si aliqua virtus moveat aliquam resistantiam ab aliqua proportione, dupla proportio movebit in duplo velocius. Et sic intelliguntur aliae regulae.

¶ Ex quo sequitur, quod si virtus se habens ad aliquam resistantiam in proportione irrationali diametri ad costam moveat aliquantum velociter, proportio dupla ad eandem resistantiam movebit in duplo velocius. ¶ Secundo igitur, quod non oportet querere in qualibet proportione proportionem rationalem in duplo tardius moventem eam resistantiam, sed satis est, quod detur proportio rationalis vel irrationalis. | Et haec de regulis philosophi.

5. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Capitulum quintum, in quo ponuntur regulae sive conclusiones velocitatis et tarditatis motus penes proportionem proportionum conformiter ad intentionem calculatoris

Ad inducendas seriatim mathematico more conclusiones docentes velocitatem et tarditatem motus penes causam iuxta opinionem quartam sit:

Prima suppositio: ab aequalibus proportionibus aequales velocitates proveniunt, et ab inaequalibus inaequales, et a rationibus rationales, et ab incommensurabilibus incommensurabiles. Patet haec suppositio ex opinione, quae ponit velocitatem sequi proportionem proportionum.

Secunda suppositio: ab aequalibus proportionibus, quae sunt partes aliarum proportionum sive aequalium sive inaequalium, aequales velocitates proveniunt. Declaro hanc suppositionem et capio proportionem triplam et duplam, et manifestum est, quod utriusque proportio sexualteria est pars. Dico tunc, quod quantum velocitatem producit sexualteria quae est pars duplae, tantam velocitatem producit sexualteria, quae est pars tripla. Probatur ex priori suppositione, quia sexualteria, quae est pars duplae, et sexualteria, quae est pars tripla, sunt aequales proportiones.

Tertia suppositio: per additionem aequalium proportionum super proportiones aequales vel inaequales velocitates aequaliter intenduntur. Declaro hoc in terminis et capio proportionem duplam et quadruplam, et volo, quod utriusque addatur proportio sexualteria, qua addita dico, quod aequaliter intendunt proportiones illae, sive illae potentiae motum suum intendunt, et tantam velocitatem acquirit proportio maior sicut et minor supra velocitatem habitam ante additionem proportionis sexualterae. Probatur haec suppositio ex secunda, quia illa proportio sexualteria efficit pars duarum proportionum inaequalium, igitur cum utraque aequali velocitatem producet.

Quarta suppositio: per decrementum duarum proportionum aequalium, quae sunt partes duarum proportionum, sive aequalium sive inaequalium, aequales velocitates perduntur. ¶ Declaratur haec suppositio, et capio proportionem duplam et triplam, et volo, quod utraque perdet proportionem sexualteram, tunc dico, quod si proportio dupla perdet duos gradus velocitatis, etiam duos adaequate perdit proportio tripla. Patet haec suppositio ex priori, quoniam illae duas proportiones perditae, cum essent aequales, aequali velocitatem producebant, igitur per decrementum illarum aequales velocitates perduntur, quia perduntur ipsaem, quas ipsae producebant.

Quinta spupositio: per additionem aequalis quantitatis maiori et minori quantitati major proportio acquiritur minori quantitati quam maiori. ¶ Haec est octava suppositio quarti capitinis secundae partis.

Sexta suppositio: aequa velociter intendere motum est in aequali tempore aequales partes adaequate acquirere, et aequa proportionabiliter intendere est in aequali tempore aequales proportiones acquirere. Et similiter dicendum est de aequa velociter remitte[ndo] et aequa proportionabiliter, ut si numerus